LECTIONES EPICVREAE

I

Diog. X 36 (p. 3 13 Us.) βαδιστέον μὲν οὖν καὶ ἐπ' ἐκεῖνα συνεχῶς ἐν τῇ μνήμῃ τὸ τοσοῦτον ποιητέον, ἀφ' οὗ κτλ. Epicurus cum antea dixisset τῆς γὰρ ἀθρόας ἐπιβολῆς πυκνὸν δεόμεθα, τῆς δὲ κατὰ μέρος οὐχ ὁμοίως, non recte adiunxit βαδιστέον μὲν οὖν καὶ ἐπ' ἐκεῖνα συνεχῶς, sed scripsit β. μ. οὖν ἐπ' ἐκ. συνεχῶ ς καὶ ἐν τῇ μνήμῃ κτλ.

X 37 (p. 4 12) ἐποίησά σοι καὶ τοιαύτην τινὰ ἐπιτομὴν καὶ στοιχείωσιν τῶν ⟨περὶ τῶν⟩ ὅλων δοξῶν, cf. X 82 (p. 31 11) ταῦτά σοι, ὦ Ἡρόδοτε, ἔστι κεφαλαιωδέστατα ὑπὲρ τῆς τῶν ὅλων φύσεως ἐπιτετμημένα.

ib. (p. 4 15) πρῶτον μὲν οὖν τὰ ὑποτεταγμένα τοῖς φθόγγοις, ὦ Ἡρόδοτε, δεῖ ⟨δι⟩ειληφέναι. Cobeti supplementum respuere non debuit Usener, nam paulo post eodem modo scribitur X 38 (p. 5 12) ταῦτα δεῖ (sic Cobet, δέ codd.) διαλαβόντας συνορᾶν, cf. etiam δεῖ διαλαβεῖν, ὅτι κτλ. Gnomol. Vat. nr. 26 (Wien. Stud. X 193), περὶ μὲν τούτου τοῦ μέρους οὕτω διαληπτέον De nat. lib. XI col. 11 10.

X 39 (p. 6 4) παρὰ γὰρ τὸ πᾶν οὐθέν ἐστιν, ὃ ἂν εἰσελθὸν εἰς αὐτὸ τὴν μεταβολὴν ποιήσαι (sic Usener, ποιήσαιτο libri), l. ποιῆσαι ⟨δύναι⟩το.

X 41 (p. 7 1) εἴπερ μὴ μέλλει πάντα εἰς τὸ μὴ ὂν φθαρήσεσθαι ἀλλ' ἰσχύοντα ὑπομένειν ἐν ταῖς διαλύσεσιν τῶν συγκρίσεων. non est quod cum Usenero scribamus ἀλλ' ἰσχύειν τι ὑπομένειν, non enim ex parte sed integra omnia in diremptione servantur (cf. X 39, p. 5 15), neque concinna est oratio verbis φθαρήσεσθαι et ἰσχύειν pari ratione appositis. quare apices solum mutandos censeo: ἀλλ' ἰσχύοντα ὑπομενεῖν. ceterum in iis, quae deinceps leguntur, rectum proposuit supplementum Heidel Amer. journ. of phil. XXIII 189 τὸ δὲ ἄκρον ⟨ἔχον⟩ παρ' ἕτερόν τι θεωρεῖται, cf. Cic. De div. II 50 103, Usener p. XVIII.

X 42 (p. 7 14) ἀλλ' ἐφέρετο (τὰ σώματα) κατὰ τὸ ἄπειρον κενὸν διεσπαρμένα, οὐκ ἔχοντα τὰ ὑπερείδοντα καὶ στέλλοντα κατὰ τὰς ἀνακοπάς, l. ἀντικοπάς, cf. 46 (p. 10 4) ἡ διὰ τοῦ κενοῦ φορὰ κατὰ μηδεμίαν ἀπάντησιν τῶν ἀντικοψάντων γενομένη, ἀντικοπή 46 (p. 10 6), 47 (10 12) etc., τοῦ δὲ πλέονος ἀντικοπτομένου καὶ διὰ τοῦτο σκεδασμὸν λαμβάνοντος Epicur. Pap. Herc. 908, X^2 96, 23, quo loco simul confirmatur sive Cobeti sive alius cuiusdam coniectura X 47 (p. 10 12) κἂν μέχρι τοσούτου τὸ τάχος τῆς φορᾶς μὴ ἀντικοπτόμενον καταλίπωμεν, quam laudat etiam Lortzing Berl. phil. Wochenschr. 1888, 393. est igitur in atomorum concursione verbi ἀντικόπτειν certissimus usus, neque ullo loco in Epicuri scriptis verbum ἀνακόπτειν legitur.

X 63 (p. 20 2) ὅτι ἡ ψυχὴ σῶμά ἐστι .. προσεμφερέστατον .. πνεύματι θερμοῦ τινα κρᾶσιν ἔχοντι καὶ πῇ μὲν τούτῳ προσεμφερές, πῇ δὲ τούτῳ, ⟨ἔτι δὲ ἀέρος.⟩ ἔστι δὲ καὶ τέταρτον μέρος (ἔστι δὲ τὸ μέρος codd.) πολλὴν παραλλαγὴν εἰληφὸς τῇ λεπτομερείᾳ καὶ αὐτῶν τούτων, συμπαθὲς δὲ κτλ. quattuor ab Epicuro describi animae partes recte statuunt Woltjer, qui ἔχοντι καὶ ⟨ἀέρος⟩, πῇ μὲν τούτῳ προσεμφεροῦς, πῇ δὲ τούτῳ scribit, et Lortzing, qui subiungit: ἔτι δέ του μέρους .. παρειληφότος .. συμπαθοῦς. sed cum Lucretius, e quo summum pendet in hac quaestione iudicium, sic pergat III 241 'quarta quoque his igitur quaedam natura necessest adtribuatur', eam archetypi lectionem quaerendam esse arbitror, quae facillime corruptelae originem detegat: ETIΔEAEPOCECTIΔEK(AI)Δ̄MEPOC. nam verba numeralia in Diogenis libris frequenter per compendia scribuntur.

X 64 (p. 20 17) ὃ .. σύμπτωμα αἰσθητικὸν εὐθὺς ἀποτελοῦν ἑαυτῷ ⟨τε(?)⟩ ἀπεδίδου κατὰ τὴν ὁμούρησιν (sic B^2 P^2 F, ὁμοῦ ῥῆσιν B^1 P^1) καὶ ἐκείνῳ, καθάπερ εἶπον. non ferendus Paulus Linde, qui in dissertatione De Epicuri vocabulis ab optima Atthide alienis (Bresl. Philol. Abhandl. IX 3, 1906) p. 51 vocem ὁμούρησιν in ὁμοῦ ῥύσιν mutandam esse existimat. nam ut taceam de loci sententia, quae necessariam exhibet situs finitimi memoriam (cf. ἐστεγάζετο p. 20 9), de congrua vocis συμπαθία notione, denique de certissima Useneri coniectura ὁμούρησιν X 106 (p. 49 2) pro librorum ὁμοῦ ῥῆξιν restituentis, etiam in papyro quadam vocabulum occurrit: ἀποτ]ελεῖται τὰ μὲν κατ' ἐπείσοδόν τινα τῶν ἀπογεγεννημένων, τὰ δὲ καθ' ὁμούρησιν Wien. Stud. I 28 (Epicuri vol. Herc. 1056 col. 12 4)[1].

[1] Miror auctorem Herculanenses operis de natura conscripti relliquias plane neglexisse, eoque magis, quod Eduardus Norden et totius

X 71 (p. 24 10) ἀλλ' ὃν τρόπον αὐτὴ ἡ αἴσθησις τὴν ἰδιότητα ποιεῖ, θεωρεῖται. quoniam in verbo θεωρεῖται scribendi modus, quem adhibuit Epicurus, sine causa relinquitur — nam antecedunt verba ἐξελατέον, νομιστέον, νομιστέον —, lacunam subesse statuit Brieger (Epikurs Brief an Herodot p. 11), quam ex initio capitis 71 resarciri voluit. sed ipsa illa verba manca sunt et inconcinna, sicut praeter Briegerum etiam Usenero placuit. et primum quidem quomodo ipse memoriam librorum emendatam velim, exponam: ὥστε δὴ κατὰ τὴν πλείστην φορὰν τούτῳ τῷ ὀνόματι χρώμενοι φανερὰ ποιοῦμεν τὰ συμπτώματα οὔτε τὴν τοῦ ὅλου φύσιν ἔχειν, ὃ συλλαβόντες κατὰ τὸ ἀθρόον σῶμα προσαγορεύομεν, οὔτε τὴν τῶν ἀίδιον παρακολουθούντων, ὧν ἄνευ σῶμα οὐ δυνατὸν νοεῖσθαι, κατ' ἐπιβολὰς δ' ἄν τινας παρακολουθοῦντος τοῦ ἀθρόου ἕκαστα προσαγορευθείη· ⟨οὐ μὴν τούτῳ γ' ἂν ἐμπεριειλημμένον νοηθείη,⟩ ἀλλ' ὃν τρόπον αὐτὴ ἡ αἴσθησις τὴν ἰδιότητα ⟨δῆλον⟩ ποιεῖ, ὅτε δήποτε ἕκαστα συμβαίνοντα θεωρεῖται, οὐκ ἀίδιον τῶν συμπτωμάτων παρακολουθούντων. καὶ οὐκ ἐξελατέον ἐκ τοῦ ὄντος ταύτην τὴν ἐνάργειαν, ὅτι οὐκ ἔχει τὴν τοῦ ὅλου φύσιν ᾧ συμβαίνει οὐδὲ τὴν τῶν ἀίδιον παρακολουθούντων, οὐδ' αὖ καθ' αὑτὰ νομιστέον (οὐδὲ γὰρ τοῦτο διανοητὸν οὔτ' ἐπὶ τούτων οὔτ' ἐπὶ τῶν ἀίδιον συμβεβηκότων), ἀλλ' ὅπερ καὶ φαίνεται, συμπτώματα πάντα σώματος νομιστέον, καὶ οὐκ ἀίδιον παρακολουθοῦντα οὐδ' αὖ φύσεως καθ' ἑαυτὰ τάγμα ἔχοντα. libri scripti verbo προσαγορευθείη subnectunt ἀλλ' ὅτε δήποτε ἕκαστα συμβαίνοντα θεωρεῖται, οὐκ ἀίδιον τῶν συμπτωμάτων παρακολουθούντων. ex his acrius contemplemur necesse est ὅτε δήποτε et οὐκ ἀίδιον, nam inde quid interciderit apparet. coniuncta quae vocantur semper corpori inhaerent, eventa non item. itaque memorato corporis comitatu necessario pergendum fuit Epicuro: 'sed cave credas corporis quasi partes esse individuas.' verum neque verba ἀλλ'

---

dissertationis fuit auctor et singillatim nonnulla addidit haud spernenda. dein ut missos faciam Metrodorum Hermarchum Carneiscum Polystratum pariter spretos, at vix credideris Philodemi memoriam paene totam abesse, cuius cum alia multa tum Sudhausii volumina prompta sunt utilissimo verborum indice instructa. neque Useneri adnotatio critica qua par fuit diligentia usus est auctor, et sunt etiam quae in operis dispositione vituperanda censeas. quamquam non sum nescius, quantus vel ex imperfecta vocabulorum congerie fructus possit capi, neque par est laude privari auctoris studium, quocum alias linguae Graecae partes perquisivit, praesertim scripta Hippocratea.

ὅτε δήποτε ἕκαστα συμβαίνοντα θεωρεῖται plane intelleguntur, nisi ea in subsidium vocamus, a quibus totius disputationis exordium institui. atque sic id quoque cognoscitur, verba ταύτην τὴν ἐνάργειαν potius ad ea spectare, quae modo dicta sunt. nam ex sensuum iudicio ubicumque evidentiam derivandam esse docet Epicurus. idem postea verbis ὅπερ καὶ φαίνεται innuit, quae profecto non posuisset, si ταύτην τὴν ἐνάργειαν ad eandem orationis partem pertinere voluisset. de emendata lectione δῆλον ποιεῖ cf. δῆλομ ποιώιης Epic. De nat. lib. XXVIII c. 2 24.

X 83 (p. 32 3) ὅσοι (ὅσα codd. potiores, ὅσοι H Gassendi) δὲ μὴ παντελῶς αὐτῶν τῶν ἀποτελειουμένων (ἀποτελουμένων codd., corr. Schneider) ἐκ τούτων (scil. τῶν κατὰ μέρος), ἐκεῖνοι (εἰσὶν ἢ codd. ἐκ τούτων ἱκανὴν Us.) κατά τινα εὔφθογγον τρόπον τὴν ἅμα νοήματι περίοδον τῶν κυριωτάτων πρὸς γαληνισμὸν ποιοῦνται. verba κατὰ τὸν ἄνευ φθόγγων (sic P^2, ἀνεύφθογγον P^1, εὔφθογγον B, κατὰ τῶν ἄνευ φθόγγων F) cum quomodo explicari possent non vidissem, secutus sum codicis B testimonium littera ν insuper deleta, cf. σύντομον καὶ εὐπερίγραφον διαλογισμὸν ἀποστεῖλαι X 84 (p. 35 6).

X 84 (p. 35 2) ἐπιστολήν . . ἐν ᾗ φιλοφρονούμενός τε (τε om. F) περὶ ἡμᾶς διετέλεις ἀξίως τῆς ἡμετέρας περὶ σεαυτὸν σπουδῆς. vocem περί aut delendam censeo aut in πρός mutandam, sicut legitur apud Diod. XVI 89 2 φιλοφρονούμενος δὲ πρὸς ἅπαντας καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ.

X 115 (p. 54 11) καὶ ἄλλοι δὲ τρόποι εἰς τὸ τοῦτο (agitur de stellis cadentibus) τελέσαι ἀμύθητοί εἰσιν. Usener scripsit ἀνύσιμοί εἰσιν, Lortzing ἄμυθοί εἰσιν idemque brevi post tamquam novum protulit Heidel (Amer. journ. of phil. XXIII p. 194). sed cum id maxime agat Epicurus, ut quot modis rerum caelestium imagines possint explicari exponat, non video cur librorum memoriam improbemus. nam sic praecipitur ineunte epistula: πάντα μὲν οὖν γίνεται ἀσείστως πάντων κατὰ πλεοναχὸν τρόπον ἐκκαθαιρομένων X 87 (p. 36 17), ταῦτα (scil. τὰ ἐν τοῖς μετεώροις φαινόμενα) γὰρ ἐνδέχεται πλεοναχῶς γενέσθαι ib. (p. 37 3), ἐάν τις τοῦ πλεοναχοῦ τρόπου ἀεὶ μνήμην ἔχῃ 95 (p. 41 12) etc. non aliter claudi solet agmen interpretationum, cf. καὶ κατ' ἄλλους δὲ τρόπους πλείους αἱ τῶν τοιούτων συστάσεις οὐκ ἀδυνατοῦσι συντελεῖσθαι 99 (p. 44 7), καὶ κατ' ἄλλους δὲ πλείους τρόπους 102 (p. 46 4), neque me refellit καὶ κατ' ἄλλους δὲ τρόπους πλείονας ἐνδέχεται κεραυνοὺς ἀποτελεῖσθαι, μόνον ὁ μῦθος ἀπέστω 104 (p. 47 4). est enim apta admonitio in Iovis instrumento.

X 116 (p. 55 6) ταῦτα γὰρ μάλιστα συνθεωρούμενα ῥᾳδίως τὰς περὶ τῶν κατὰ μέρος αἰτίας συνορᾶν ποιήσει. οἱ δὲ ταῦτα μὴ καταγαπήσαντες ἢ μάλιστα οὔτε αὐτὰ ταῦτα καλῶς συνθεωρήσαιεν οὔτε (sic BP, ἤ F) οὗ ἕνεκεν δεῖ θεωρεῖν ταῦτα περιεποιήσαντο. ultima verba sic restituit Usener: ἢ (cum Kuehnio) μάλιστα οὔτ' ἂν αὐτὰ κτλ. haec qui attente perpendet, forsan in eo haerebit, quod partes orationis per voces οὔτε οὔτε coniunctae inter sese discordant, si minus, certe de totius loci sententia debebit dubitare. nam sive ad voces ἢ μάλιστα cogitatione addimus δυνατόν sive συνθεωρεῖται, fere idem est, quod deinceps dicitur: οὔτε ἂν αὐτὰ ταῦτα καλῶς συνθεωρήσαιεν. equidem hunc sensum exeunti libello aptissimum esse iudico: 'qui vero non id curaverunt, ut his quam rectissime insisterent, ne quem finem quidem contemplationis illius esse decet assecuti sunt'. iam graeca verba proponam: οἱ δὲ ταῦτα μὴ καταγαπήσαντες ἢ μάλιστ' ἄν ποτε αὐτὰ ταῦτα καλῶς συνθεωρήσαιεν, οὐδὲ οὗ ἕνεκεν δεῖ θεωρεῖν ταῦτα περιεποιήσαντο.

X 124 (p. 60 15) συνέθιζε δὲ ἐν τῷ νομίζειν μηδὲν πρὸς ἡμᾶς εἶναι τὸν θάνατον, 131 (p. 64 3) τὸ συνεθίζειν οὖν ἐν (ἐν om. F per haplographiam) ταῖς ἁπλαῖς καὶ οὐ πολυτελέσι διαίταις καὶ ὑγιείας ἐστὶ συμπληρωτικόν etc. neque συνεθίζειν pro συνεθίζεσθαι dici potest neque ἔν τινι pro mero dativo, lenissima vero medela reponitur verbum vere epicureum συνεχίζειν, cf. συνεχίζωμέν τε ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν ἐνεργήμασιν καὶ μάλιστα τοῖς κατὰ φυσιολογίαν θεωρήμασιν Metrod. (sicut editoris fert sententia) p. 583 Körte, πολλοὺς ἐν οἷς ἐνκωμιάζουσι μέλεσι καὶ ῥυθμοῖς συνεχίζοντας ὑπεραθλίους ὄντας Philod. De mus. p. 23 10 K., porro ἐὰν συνεχίζῃ 'modo perseveret' Philod. De oecon. col. 25 30, ubi subaudiendum ἐν τῷ ἀναλίσκειν. ex illo quoque usu provenit vocabulum ὁ συνεχισμός: συνεχισμὸν ἁπλῶς [ἐν] πᾶσι τοῖς κατὰ μουσ[ικήν De mus. p. 23 14 K., unde haud scio an corrigenda sit inter ratas sententias decima sexta (Diog. X 144, Us. p. 75 1): βραχέα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει, τὰ δὲ μέγιστα καὶ κυριώτατα ὁ λογισμὸς διῴκησε κατὰ τὸν συνεχῆ χρόνον τοῦ βίου (sic BP, τοῦ βίου om. F). quodsi legimus κατὰ τὸν συνεχισμὸν τοῦ βίου, orationis clausulae insignem reddimus vigorem 'pro vitae quam instituit perpetuitate', neque nimium habenda Stobaei lectio κατὰ τὸν βίον καὶ συνεχῆ χρόνον, cum etiam alibi in Epicuri verbis corruptela antiquissima possit deprehendi. verum incerta esse quae proposui non ignoro.

X 127 (p. 62 1) πῶς οὐκ ἀπέρχεται ἐκ τοῦ ζῆν; vocabulum

ἐκ delevit Usener, sed cf. Gnomol. Vat. nr. 60 (Wien. Stud. X 196) πᾶς ὥσπερ ἄρτι γεγονὼς ἐκ τοῦ ζῆν ἀπέρχεται.

X 154 (p. 80 14) ὁ τὸ θαρροῦν (τὸ μὴ θαρροῦν codd., corr. ed. Frob.) ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ἄριστα συστησάμενος οὗτος τὰ μὲν δυνατὰ ὁμόφυλα κατεσκευάσατο, τὰ δὲ μὴ δυνατὰ οὐκ ἀλλόφυλά γε · ὅσα δὲ (ὅσα γε P, ὅσα F, corr. Us.) μηδὲ τοῦτο δυνατὸς ἦν, ἀνεπίμεικτος ἐγένετο καὶ ἐξηρίσατο (BPF, ἐξωρίσατο ex Sambuco Cobet, ἐξηρέσατο Us.) ὅσα τοῦτ' ἐλυσιτέλει (P, τούτω λυσιτελές B, τοῦ λυσιτελῆ F) πράττειν. usque ad vocem ἐγένετο omnia plana sunt: 'quae ne sic quidem potuit constituere, in commercio non attingit'. tum quae leguntur in Cobeti editione: καὶ ἐξωρίσαθ' ὅσα τοῦτ' ἐλυσιτέλει πράττειν ita latine expressa 'finibusque eiecit quantum hoc suis conduceret rationibus', non recte voci ἀνεπίμεικτος subiunguntur, quandoquidem ex parte conceditur, quod modo totum sublatum est. at summa quaestionis in verbo ἐξηρίσατο versatur, quod omnino conferendum est cum sententiae decimae quartae memoria (X 143, p. 74 11): τῆς ἀσφαλείας τῆς ἐξ ἀνθρώπων γενομένης μέχρι τινὸς (cf. ὅσα δὲ μηδὲ τοῦτο δυνατὸς ἦν) δυνάμει τινὶ ἐξερεισττικὴ (sic Us. ex PF, ἐξοριστικῇ B) καὶ εὐπορία εἰλικρινεστάτη γίνεται ἡ ἐκ τῆς ἡσυχίας καὶ ἐκχωρήσεως (sic H, ἐγχωρ. BPF) τῶν πολλῶν ἀσφάλεια. hoc loco securitatem ab hominibus parandam ei opponi apparet, quae in recessu posita est (cf. fr. 551, 552), unde hanc formam elicias: τῆς ἀσφαλείας τῆς ἐξ ἀνθρώπων γενομένης μέχρι τινὸς δυνάμει τινὶ ἐξερεισττικῇ καὶ εὐπορίᾳ εἰλικρινεστάτῃ βεβαιοτέρα γίνεται ἡ ἐκ τῆς ἡσυχίας καὶ ἐκχωρήσεως τῶν πολλῶν ἀσφάλεια. nunc verbi de quo quaeritur origo perspicitur: ἐξερείδεσθαι idem significare videtur atque 'sibi pro fundamento parare', quae notio securitati petendae magnopere convenit. inde redeo ad priorem sententiam: ὁ τὸ θαρροῦν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ἄριστα συστησάμενος οὗτος τὰ μὲν δυνατὰ ὁμόφυλα κατεσκευάσατο καὶ ἐξηρείσατο ὅσα τοῦτο ἐλυσιτέλει πράττειν, τὰ δὲ μὴ δυνατὰ οὐκ ἀλλόφυλά γε. ὅσα δὲ μηδὲ τοῦτο δυνατὸς ἦν, ἀνεπίμεικτος ἐγένετο.

Gnomol. Vat. nr. 15 (Wien. Stud. X 192) ἤθη ὥσπερ τὰ ἡμῶν αὐτῶν ἴδια τιμῶμεν, ἄν τε χρηστὰ ἔχωμεν καὶ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ζηλώμεθα (ζηλούμεθα cod., corr. Wilamowitz, Comment. gramm. III 13) ἄν τε μή, οὕτω χρὴ ⟨τὰ (add. Wilamowitz et Weil, Journ. d. sav. 1888, 663)⟩ τῶν πέλας, ἂν ἐπιεικεῖς (ἀνεπιεικῶς cod., corr. Wotke) ὦσιν. non hercle haec exscripsissem, nisi Aemilius Thomas Herm. vol. XXVII p. 25, quae a prioribus recta emendata et explicata acceperat, rursus turbasset.

nr. 16 (X 192) οὐδεὶς βλέπων (βλέπτων cod., corr. Wotke) τὸ κακὸν αἱρεῖται αὐτό, ἀλλὰ δελεασθεὶς ὡς ἀγαθῷ πρὸς τὸ μεῖζον αὐτοῦ κακὸν ἐθηρεύθη. memoriae vitium apertum est, sed neque Useneri emendatio (ὡς ἀγαθὸν προσὸν μεῖζον ἂν τοῦ κακοῦ ἐθ.) neque Gomperzi (ὡς ἀγαθῶν προσόντων μειζόνων ὑπὸ τοῦ κακοῦ ἐθ.) probanda videtur. propius vero Thomas accessit, qui recte praepositionem πρός defendit, sed quo spectaret non invenit. ego sic statuo, ad verbum δελεασθείς subaudiendum esse τῷ κακῷ, quo refertur ὡς ἀγαθῷ, scilicet (συγκρινομένῳ) πρός τι μεῖζον αὐτοῦ κακόν, cf. fr. 120 ἀφ' ἑτέρου κακοῦ μείζονος. 'nemo sanus per sese eligit malum, quod videt, sed comparato maiore quodam malo tamquam bonum amplectitur.'

nr. 17 (X 192) οὐ γὰρ νέος μακαριστός, ἀλλὰ γέρων βεβιωκὼς καλῶς. ὁ γὰρ νέος ἀκμῇ πολὺς ὑπὸ τῆς τύχης ἑτεροφρονῶν πλάζεται· ὁ δὲ γέρων καθάπερ ἐν λιμένι τῷ γήρᾳ καθώρμικεν τὰ πρότερον δυσελπιστούμενα τῶν ἀγαθῶν ἀσφαλεῖ κατακλείσας χάριτι. quod est in editione Vindobonensi ὁ γὰρ ἐντὸς ἀκμῆς quamquam nihil habet offensionis, tamen haud scio an rectius vocem νέος intactam relinquas, cum perinde dictum sit ὁ δὲ γέρων. quare scripserim ἀκμὴν πολὺς . . πλάζεται 'etiam nunc multifariam . . iactatur'. porro ultimam vocem quae est χάριτι ceteri cum Hartelio in χάρακι corrigendam esse censuere, ego retineo. nam nihil magis seni cordi esse debere clamat Epicurus quam praeteritorum bonorum memoriam, e. g. Diog. X 122 (p. 59 9) ὅπως γηράσκων νεάζῃ τοῖς ἀγαθοῖς διὰ τὴν χάριν τῶν γεγονότων, id quod etiam in illis celeberrimis litteris expressit, quas supremo vitae die ad Idomeneum dedit (fr. 138). spes in fallaci et lubrico, gratia in tuto est posita, unde quam apte scriptum sit apparet, spem olim iuveni incertam nunc seni certa gratia clausam esse et finitam.

nr. 29 (X 193) παρρησίᾳ γὰρ ἔγωγε χρώμενος φυσιολόγῳ χρησμῳδεῖν τὰ συμφέροντα πᾶσιν ἀνθρώποις μᾶλλον ἂν βουλοίμην, κἂν μηδεὶς μέλλῃ συνήσειν, ἢ κτλ. codicis lectionem φυσιολογῶ χρησμῶ. δεῖ τὰ συμφέροντα Usener egregie correxit detecto verbo χρησμῳδεῖν, sed vellem ne scripsisset φυσιολογῶν, nam ea utitur Epicurus dicendi libertate, quam naturae contemplatio procreavit, et recte vertit Usener 'mit dem Freimuth meiner Naturforschung' X 182. tum Henricus Weil Gomperzii coniecturam συμφήσειν iure improbavit p. 660 cum per se inutilem tum propter verbum χρησμῳδεῖν aperte falsam.

nr. 41 (X 194, Metrod. fr. 59 Körte) γελᾶν ἅμα δεῖν καὶ

φιλοσοφεῖν καὶ οἰκονομεῖν καὶ τοῖς λοιποῖς οἰκειώμασι χρῆσθαι καὶ μηδαμῇ λήγειν τὰς ἐκ τῆς ὀρθῆς φιλοσοφίας φωνὰς ἀφιέντας. l. μελετᾶν ἅμα δεῖν, cf. Diog. X 135 (p. 66 5 Us.) ταῦτα οὖν καὶ τὰ τούτοις ὅμοια μελέτα πρὸς σεαυτὸν ἡμέρας καὶ νυκτός. exercitationem in summa totius doctrinae ab ipsa philosophia seiungit scriptor, sicut tot locis Epicurus in epitomis.

nr. 48 (X 195) πειρᾶσθαι τὴν ὑστέραν τῆς προτέρας κρείττω ποιεῖν, ἕως ἂν ἐν ὃ ὁδω (sic cod.) ὦμεν· ἐπειδὰν δ' ἐπὶ πέρας ἔλθωμεν, ὁμαλῶς εὐφραίνεσθαι. haec ita vertit Usener 'wir sollen versuchen, dem kommenden Tag noch mehr abzugewinnen als dem vorhergegangenen, so lange wir auf dem Wege sind, und erst wenn wir ans Ziel gelangt sind, ebenmässigen Frohsinn pflegen', scripsit ergo τὴν ὑστεραίαν τῆς προτεραίας .. ἕως ἂν ἐν ὁδῷ ὦμεν. sed perperam deseruit imaginem ab Epicuro propositam, nam vocem ὁδόν ad ὑστέραν esse supplendam ex iis quae sequuntur apparet (de detractione huius vocis admodum frequenti cf. Bos, Ellips. gr. p. 331 sqq.), dein nullo negotio scribitur ἕως ἂν ἐν εὐόδῳ ὦμεν. viam nobis quaerendam esse dicit Epicurus aliam alia meliorem, donec iusta procedamus. de voce εὔοδον cf. οὐκ εὐόδως (scil. γινώσκειν) Epicur. ap. Philod. Herm. vol. XXXVI 573, οὐκ εὔοδον τὸ ἁπλοῦν ἐστι κατηγόρημα fr. 18 (p. 97 20 Us.).

nr. 62 (X 196) εἰ γὰρ κατὰ τὸ δέον ὀργαὶ γίνονται τοῖς γεννήσασι πρὸς τὰ ἔκγονα, μάταιον δήπουθέν ἐστι τὸ ἀντιτείνειν καὶ μὴ παραιτεῖσθαι, ⟨ὥστε⟩ συγγνώμης τυχεῖν· εἰ δὲ μὴ κατὰ τὸ δέον, ἀλλὰ ἀλογώτερον, γελοῖον πᾶν τὸ πρὸς ἔκκλησιν τὴν ἀλογίαν θύμω κατοχοῦντα (sic cod.) καὶ μὴ ζητεῖν μεταθεῖναι κατ' ἄλλους τρόπους εὐγνωμονοῦντας. rectam explicandi viam munivit Weil, qui adhibita Gomperzii lectione (γελοῖον πᾶν τὸ πρὸς ἔκκαυσιν τὴν ἀλογίαν θυμῷ καταχρῖον) scripsit γελοῖον πάνυ τὸ προσεκκαίειν τὴν ἀλογίαν θυμῷ κατέχοντα, modo restituas verbum tantum non traditum θυμοκατοχοῦντα. inridet enim philosophus eos, qui dum vi cohibent iram, augent parentum insaniam, et alia potius delenimenta suadet iram aeque ferenti (εὐγνωμονοῦντα). verbum θυμοκατοχέω abest quidem a Thesauro, sed nuper enotuit medicamentum a magicis commendatum θυμοκάτοχον, cf. Diet. Abrax. 118 17 θυμοκάτοχον πρὸς βασιλεῖς καὶ μεγιστᾶνας, Pap. Lond. I 114 941 θυμοκάτοχον καὶ ὑποτακτικόν, 122 24, Pap. mag. Parisin. vs. 467, 831 ed. Wessely. itaque verbis προσεκκαίειν et θυμοκατοχεῖν opponitur εὐγνωμονεῖν, quod praecipe de ce dici solet, qui data condicione

contentus est. sic legimus in papyro quadam ex Aegypto allata: εἴη μὲν οὖν αὐτὴν ἀκολούθως ταῖς ἡγεμονικαῖς καὶ αὐτοκρατορικαῖς διατάξεσιν εὐγνωμ[ο]νεῖν καὶ ἢ ἀποκαταστῆσαί μοι τὰ ὑπάρχοντα ἢ τὸ ἀργύριον ἀποδῶναι Berl. Urk. 970 24 (a. 177 p), quin alias plane ad usum Epicuri de filio matri reluctanti scribitur: ἐάνπερ μὴ εὐ[γ]νομωνῆς (sic) τὰ πρὸς τὴν μητέρα Fay. towns 124 9 (s. II p).

nr. 67 (X 197) ⟨ὁ⟩ ἐλεύθερος βίος οὐ δύναται κτήσασθαι χρήματα (χρήσασθαι κτήματα cod., corr. Hartel) πολλὰ διὰ τὸ τὸ πρᾶγμα ⟨μὴ (suppl. ed.)⟩ ῥᾴδιον εἶναι χωρὶς θητείας (θηλείας cod., corr. Hartel) ὄχλων ἢ δυναστῶν, ἀλλὰ συνεχεῖ δαψιλείᾳ πάντα κέκτηται· ἂν δέ που καὶ τύχῃ χρημάτων πολλῶν, καὶ ταῦτα ῥᾳδίως ἂν εἰς τὴν τοῦ πλησίον εὔνοιαν διαμετρήσαι. quaenam est ista continua abundantia? nonne certius erat significanda, siquidem etiam divitis copiae in dies augentur? respondet fr. 476 πλουσιώτατον αὐτάρκεια πάντων, tum Gnom. nr. 77 τῆς αὐταρκείας καρπὸς μέγιστος ἐλευθερία. quae cum ita sint, legendum propono ἀλλὰ εὐτελείας δαψιλείᾳ πάντα κέκτηται. sufficere credo merum dativum, nam praepositio σύν, si recte memini, nusquam legitur in Epicuri scriptis.

fr. 102 (Philod. Πραγμ. I² 129) τὰ μὲν δὴ περὶ τούτου προσκατακεχωρίσθω νῦν δι' ἃς αἰτίας ἔφαμεν καὶ τὰ περὶ Μιθρέους· λέγομεν δ' ἡμεῖς ὅτι καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς μνημονεύει τοῦ συνγράμματο[ς], ἐπὶ δ' Ἰσαίου καὶ γέγραφεν C . . . | EINEN . . . . . BOC . IOΠI . T ., [ἐπὶ] | δ' Οὐρίου Λεοντεῖ. προγράψα[ν]τες πάλιν δὲ καὶ Ἐπικούρο[υ πρὸς] Μιθρῆν ἐ[πισ]τολὴν [ὑ]πὲρ [τῶν] | μερῶν τ[ο]ύτων, ἣν [ἐπὶ .]ΟΙΔΟ . . . (ἀπέστειλεν?). neque quis fuerit ille, de quo similiter atque de Mithra se acturum dicit Philodemus cognoscimus neque libri quem scripsit nomen et indolem. MIΘPHNON praebent apographa, sed ipse legi MIΘPHNE; quae proxime sequuntur, ex aliena columna irrepserunt ('sovraposto').

fr. 105 (Theo progymn. 2) λέγε δή μοι, Πολύαινε, *συναπέριμεν μεγάλη χαρὰ γένηται. haec verba cum propter pravos numeros notata essent a Theone, Usener ita correxit, ut vitiosam quidem orationem egregie monstraret, sententiam vero neque facilem relinqueret neque absolutam. scripsit enim: λέγε δή μοι, Πολύαιν', ἔστιν ἃ πρὶν μὲν μεγάλη χαρὰ γένηται. sed dudum est quod e litteris IMEH enucleatum sit ἡμῖν, neque procul absunt, quae in ceteris mutanda arbitror: λέγε δή μοι, Πολύαινε, οἶσθ' ἅπερ ἡμῖν μεγάλη χαρὰ γεγένηται; numeri fere idem sunt,

nam Polyaeni nomen anapaesti locum occupat ultima litera ante vocalem elisa, et evadit sententia exordio epistulae aptissima. de vocis οἶσθα apud Epicurum usu cf. εὖ γὰρ οἶσθα, ὦ [Μητρό-δ]ωρε Pap. 1084, l 15 (Mus. Rh. 56, 617).

fr. 109 (Philod. Πραγμ. I² 110) l. διασαφεῖ τοῖς ἐν Λαμ-ψάκωι φίλο[ις ἐπι]στέλλων· ᾽ἠκούσαμεν γάρ, [ὅτι] δὴ Λεον-τ[εύς . ., quemadmodum habet papyrus.

fr. 115 (Philod. Πραγμ. Pap. 176, c. 13) ᾽Αθηναίωι δέ· ᾽Πολυαίνου παραγεγονότος πρὸς ἡμᾶς, οὗ (sic p) τὸν πατέρα ὁμώνυμον οὐκ ἐφίλεις μόνον, ἀλλὰ [καὶ ἡσ|π]άζ[ο]υ συντραφεὶς ΥΦ . . .|ΤΟΥΚΑΙΠΡΟC¯ . ΝΤΑΤΑ . . Ν|CIMATΩΤΕ . . . . ΝΟΝ. προ|αχθεὶς [ὃν γιν]ώσκεις|τρόπ[ον κατὰ τὴ]ν ὅλην κηδεμονίαν᾽. mediae partis supplementum cum parum succederet, nolui traditas litteras intemperantius attrectare. sed quamvis manca sit oratio, tamen hoc intelligitur, patres Metrodori et Polyaeni olim Lampsaci synephebos fuisse. nam nomina ᾽Αθήναιος et ᾽Αθηνόδωρος (Πο-λύαινος ᾽Αθηνοδώρου Λαμψακηνός Diog. X 24) nihil differunt. initio col. 13 aliud legitur Epicuri fragmentum hucusque neglectum:]σιν λόγου καὶ κ[α]τὰ πάντας τρόπους ἐκπολυωρηθείς, μέχρι ὅσου τὴν α᾽τάρκη πρὸς τὸ σεαυτὸν κυβερνᾶν ἂν ἡλι‹κί›αν (ΑΝΗΛΙΑΝ p) ἔσχες᾽.

fr. 126 (Diog. X 5) καὶ πάλιν πρὸς Θεμίσταν γράφων νομίζει αὐτῇ παραινεῖν (sic BPF), καθά φησι Θεόδωρος ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν Πρὸς ᾽Επίκουρον. fragmento et ab Epicuri inimico et inter opprobria prolato facillime medemur assumpta Frobenianae editionis lectione νομίζει αὐτὴν περαίνειν. nam turpissima quaque Epicurum contumelia vexatum esse constat, atque iuvat etiam Artemidori meminisse: lib. I 78 p. 73s Herch. εἰ δέ τις γυναῖκα ἦν οὐκ οἶδεν ὑπολάβοι περαίνειν, IV 20 p. 212 15 ζωγράφος ἔδοξε τὴν ἑαυτοῦ μητρυιὰν περαίνειν etc.

fr. 138 (Plut. Mor. 1099 d) ᾽Επικούρῳ μὲν οὐδ᾽ ἂν εἷς ἡμῶν πιστεύσειεν, ὅτι ταῖς μεγίσταις ἀλγηδόσι καὶ νόσοις ἐναποθνῃ-σκων ἀντιπαρεπέμπετο τῇ μνήμῃ τῶν ἀπολελαυσμένων πρότερον ἡδονῶν. ad verba Epicuri (ἀντεπαρετάττετο δὲ πᾶσι τούτοις τὸ κατὰ ψυχὴν χαῖρον ἐπὶ τῇ τῶν γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμῃ) Lortzing ἀντεπαρετάττετο scribendum esse dixit, cui nondum patuit Philodemi locus De mus. p. 108 10 K. μικροψύχων δὲ καὶ μηδὲν ἀξιόλογον ἐχόντων, ᾧ παραπέμψουσιν αὐτούς· τί γὰρ δεῖ λέγειν εὐδαίμονας ποιήσουσιν; est igitur ἀντιπαραπέμ-πεσθαί τινι ᾽contra se delectare aliqua re᾽.

fr. 149 (Philod. Πραγμ. I² 125) καὶ δεηθέντός μο[υ]

φιλανθ[ρω]πεύ[σασ]θαί [τι περὶ ἐκεῖ]νο'. πρὸ[ς Μι]θρῆν· 'ἡνίκα ἔζην Λυσίμαχος, χρήσιμον οἰόμενος τὸ [παρ]αινεῖν, [ἐπε]ὶ π[εριπ]επτώκασι Π . . . . . ΝΤΗ . . . ΑΤΕ καὶ τὰ [κα]τὰ τὴν ἔξωθεν φαντασίαν, ἐφ' ὃ ἂν ἀνήκει τι καὶ τῶν τοιούτων πρὸς ἡμᾶς'. Lysimachi res cecidere a. 281 a. Chr. n. (Beloch, Gr. Gesch. III 2, 71).

fr. 150 (ib.) Μιθρεῖ δέ· 'ἦν ἤγγελλέ μοι Πυθιά[ν]α[ξ] το[ῦ Λυσιμάχ]ου [κατ]α[σ]τ[ροφήν, sed haec incertissima.

fr. 151 (ib. I² 127) ὁ γὰρ ὅρος . . τῆς συντάξεως οὐ [β]α[ρέως] εἶχεν ὥστε ἀποφορὰς οἰκετῶν ε[ἶναι]. ΟΥΚΑ . Ξ . ΕΙΧΟΝ apogr. Oxoniense, cuius auctor plus vidit quam hodie extat. agitur de moderatione Epicuri in praescribendis stipendiis. an οὐ καλῶς εἶχεν ὥσ[π]ε[ρ] ἀποφορὰ οἰκετῶν ε[ἶναι? sequitur ἐ]π' Εὐ-βο[ύ]λ[ου δέ]· 'ὅτι [δι]ὰ τὰ πρά[γμ]ατα οὐ μό[ν]ον τ[ὸ] ἐπιδε-χόμεν[ον ἐ]ξῆν μερίζειν, ἀλλ[ὰ] κα[ί] τι ΘΕΝΕΙΠ . . .

fr. 177 (ib. I² 128) ὧδε γὰρ ἀνεφώνησεν ἐκπνέων· 'ἑβδόμη[ς] γὰρ ἡμέρας', φησίν, 'ὅτε ταῦτ' ἔγραφον, οὐχ[ὶ ἀπ]οκεχώ[ρη]κεν [κ]ατὰ τ[ὴν] οὔρησιν [ἐ]μοὶ οὐθέν κτλ. non scripsit Epicurus ἑβδόμηι . . ἡμέραι, nam ΗΜΕΡΑϹ exhibet apogr. Oxon. et ΗΜ[ΕΡΑ]Ϲ volumen gemellum pap. 310, ut ipse legi, neque locus est particulae δή quam Usener voci κατά praefixit. antecedit τοιοῦτος καὶ ἐφαίνετο Ἐπίκου]ρο[ς τοῦ θανάτου παρόντο]ς ἐπὶ Πυθα[ράτου ἄρχοντο]ς γράφων ὡς [Τ]ΙΑϹ . . . . . [ΕΜ]ΕΙϹΘΑΙ πρὸς ἑαυτ[ὸν] ἐπέπειστο κτλ., sicut restitui ope eiusdem pap. 310. litterae Τ et ΕΜ incertae sunt, latere videtur vocabulum a verbo πιέζειν (πιάζειν) derivatum, velut ὡς πιάσματι μὴ βαρεῖσθαι πρὸς ἑαυτὸν ἐπέπειστο, cf. καὶ π[επ]ιάσθαι ἡμᾶς Epicur. De nat. pap. Herc. 697 c. 41, κατ' ἐκπιασμόν Diog. X 101 (p. 549 Us.).

fr. 184 (ib. I² 127) Ἡρα[κλείδηι δέ· 'ἦ]ν ἔταξα τιμὴ[ν] ἐμαυτῶ[ι], κἂν ἐν Ὑπερβο[ρ]είοις ὦσιν, ἀποστέλλειν, ταύτην καὶ ὑμῖν συντά[τ]τω'. de Heraclide iam aliunde e contubernio Epicuri noto cf. Rh. Mus. LVI 622.

fr. 195 (ib. I² 119) ἄπειρος δὲ λεπτολογίας διὰ τὸ μηδὲ τὸν Εὔδοξον ἱκανῶς ἐνδελεχίζειν ἐν φιλοσοφίαι, καθάπε[ρ] ἡμῖν ἔλεγεν [κ]αὶ . ΑΤΕϹΦ . . ΟΚΗ . (velut Ἰατροφάνης, ὦι) τὸ συμβεβη[κὸς ἐ]μή[ν]υεν Κρόν[ιος] αὐτῶι σ[υνδιάγ]ων. οὐκ ὀλιγάκις γὰρ καὶ Λεόν[τιο]ν πρὸς Ἐπίκουρο[ν] εὐφήμως π[ερὶ] σοῦ καὶ πρεπόντως διελήλυθεν. καὶ ὁ Πυθ[ο]κλῆ[ς] ὁ παρὰ σοῦ διατ[ρίβ]ων καὶ τῶν . . . nec de quo res sit nec quis loquatur perspicimus (cf. etiam fr. 145 p. 147 11).

fr. 196 (Philod. Πραγμ. VII² 129) l. ἄξιος γὰρ νὴ τοὺς θεοὺς ἐνεφάνης ἡμῖν τῶι ὅλωι ἤθει [ϵ]ἶναι.

fr. 212 (ib. I² 126) ⸢φέρων τὴν ἐπιστολὴν παρὰ σο[ῦ] καὶ τὸν [σὸν?] διαλογισμὸν (ΤΟΝΝ . ΔΙΑΛΟΓΙCΜΟΝ ο), ὃν ἐπεπόησο περὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅσ[ο]ι μήτε τὴν ἀναλογίαν τὴν κατὰ τὰ φαινόμν[α ἐ]ν τοῖς ἀοράτοις ο[ὖσα]ν ἠδύναντο συνιδεῖν μήτε τὴν συμφωνίαν τὴν ταῖς αἰσθήσεσεν ὑπάρχουσαν πρὸς τὰ ἀόρατα καὶ πάλι[ν] ἀντιμαρτύρ[η]σιν'. [ἐπὶ δ]ὲ Δημοκλέου[ς ⸢Ηροδό]τωι(?)· ⸢ἐπιστολὴ]ν [κϵ]χαρισμέν[ην] ἀσ[μένως ἴσθι δέξασθ]αι [ἡμᾶς.

Diog. X 17 (p. 165 5, in Epicuri testamento) ἐφ' ᾧ τϵ τὸν μὲν κῆπον καὶ τὰ προσόντα αὐτῷ παρέξουσιν ⸢Ερμάρχῳ ⸢Αγεμόρτου Μυτιληναίῳ καὶ τοῖς συμφιλοσοφοῦσιν αὐτῷ καὶ οἷς ἂν ⸢Ερμαρχος καταλίπῃ διαδόχοις τῆς φιλοσοφίας, ἐνδιατρίβειν κατὰ φιλοσοφίαν. καὶ ἀεὶ δὲ τοῖς φιλοσοφοῦσιν ἀφ' ἡμῶν, ὅπως ἂν συνδιασώσωσιν ⸢Αμυνομάχῳ καὶ Τιμοκράτει κατὰ τὸ δυνατόν, τὴν ἐν τῷ κήπῳ διατριβὴν παρακατατίθεμαι τοῖς τ' αὐτῶν κληρονόμοις, ἐν ᾧ ἄν ποτϵ τρόπῳ ἀσφαλέστατον ᾖ, ὅπως ἂν κἀκεῖνοι διατηρῶσιν τὸν κῆπον, καθάπερ καὶ αὐτοί, οἷς ἂν οἱ ἀπὸ ἡμῶν φιλοσοφοῦντες παραδῶσιν. singulas orationis partes a librariis confusas esse indicio sunt verba ὅπως ἂν συνδιασώσωσιν — δυνατόν et ὅπως ἂν — παραδῶσιν. nam utrobique sectatores rogat Epicurus, ut communi cura cum heredibus horto provideant. at illo loco Hermarchi scholam et proximam philosophiae progeniem ad administrandum hortatur, sicut e clausula καθάπερ καὶ αὐτοί κτλ. facile potest perspici, hic ulteriora tangit. adde quod etiam possessorum iura in posteriora tempora extenduntur, nam verba τοῖς τ' αὐτῶν κληρονόμοις ad Amynomachi et Timocratis heredes spectare quivis Usenero concedet. quae si recte discernuntur, verba καὶ ἀεὶ δὲ — ἡμῶν transponenda esse apparet. verum neque illa ἐν ᾧ — ᾖ iustam occupant sedem, nam certissima illa ratio non in tradenda schola, sed in conservanda consistit, cf. κατὰ τὸ δυνατόν. hunc igitur pristinum orationis ordinem fuisse contendo: ἐνδιατρίβειν κατὰ φιλοσοφίαν, ὅπως ἂν συνδιασώσωσιν ⸢Αμυνομάχῳ καὶ Τιμοκράτει κατὰ τὸ δυνατόν· καὶ ἀεὶ δὲ τοῖς φιλοσοφοῦσιν ἀφ' ἡμῶν τὴν ἐν τῷ κήπῳ διατριβὴν παρακατίθεμαι τοῖς τ' αὐτῶν κληρονόμοις, ὅπως ἂν κἀκεῖνοι διατηρῶσιν τὸν κῆπον, ἐν ᾧ ἄν ποτϵ τρόπῳ ἀσφαλέστατον ᾖ, καθάπερ καὶ αὐτοί, οἷς ἂν οἱ ἀφ' ἡμῶν φιλοσοφοῦντες παραδῶσιν.

ib. X 18 (p. 1664) μεριζέσθωσαν, l. μεριζέτωσαν, cf. μερισάτωσαν 20 (p. 16715). μερίζεσθαι de aere assignando nemo dixit.

ib. X 20 ποιείσθωσαν δὲ μεθ' αὐτῶν καὶ Ἕρμαρχον κύριον τῶν προσόδων, ἵνα μετὰ τοῦ συγκαταγεγηρακότος ἡμῖν ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ καταλελειμμένου ἡγεμόνος ἕκαστα γίνηται. verba postea illata esse ex interrupto iussorum ordine cognoscitur (antecedunt praecepta de administrandis liberis, sequitur de Metrodori filiae dote), immo plane ab Epicuri mente abhorrent. nam si possessoris iura Hermarcho tribuisset, non scripsisset X 18 ἐκ δὲ τῶν γινομένων προσόδων τῶν δεδομένων ἀφ' (l. ὑφ') ἡμῶν Ἀμυνομάχῳ καὶ Τιμοκράτει neque singillatim addidisset μεθ' Ἑρμάρχου σκοπούμενοι X 18, σκοπουμένοις μεθ' Ἑρμάρχου 19, μετὰ τῆς Ἑρμάρχου γνώμης 20. accedit usus vocis ἡγεμών haud raro apud Philodemum obviae, cum Epicurus ipse nonnis de successoribus verba faciat (καὶ οἷς ἂν Ἕρμαρχος καταλίπῃ διαδόχοις τῆς φιλοσοφίας X 17). emblematis vero suspicionem confirmat fragmentum testamenti Dionysii Atheniensis, qui tertius est ab Epicuro: ἀλ]λ' ἔστ[ω]σαν αὐτοὶ (scil. Epicurei) κύριο[ι τοῦ] κήπου καὶ τ[ῆ]ς ἐν τῷ κήπῳ [σχολ]ῆς Pap. Herc. 1780, Kolotes und Menedemos p. 181. quonam autem consilio supplementum sit intrusum, dubium esse nequit. — etiam quae de Nicanore et de libris Hermarcho tradendis exposita sunt, facile eximuntur, nam postea rursus de Metrodori liberis res est, et attendas usum particulae ἵνα, cum alioquin ad vetustiorem modum ὅπως ἄν dicatur (p. 1659, 12, 1686, 9 Us.). sed forsan Epicurus quae vivo Hermarcho, tum quae post mortem eius fieri deberent indicare primo voluit.

ib. X 21 (p. 16811) l. cum cod. P^2 ἀφίημι δὲ καὶ Φαίδριον ἐλευθέραν, quemadmodum et vulgata praebet et titulorum fert usus.

sed ne eorum eludatur exspectatio, qui novam quandam et absolutam Epicuri sententiam desiderant e tanta voluminum Herculanensium farragine, subiungam relliquias initii col. octavae pap. 176: οὕτως δὲ καὶ παραινεῖ πρὸς . . .] περὶ Ἀπολλοδώρου γράφων φροντίζ[ειν], εἴ τι πράττειν, ὧν οὐ [βούλε]ται, συναναγκάζεται[ι]. ἐπιμελοῦ γάρ, φησί, καθάπερ σοι καὶ ἀπαλλαττομένωι ἔλεγον, καὶ Ἀπολλοδώρου [τοῦ] ἀ[δελ]φοῦ. οὐ γὰρ κακὸς ὢν παρ[έχ]ει μο[ι] φροντίδα, εἴ τι πράττει, ὧν οὐ βούλεται. καὶ περὶ τῆς ἐκλείψεως αὐτοῦ κτλ. (pergit Philodemus).

scripsi Gottingae. Guilelmus Crönert.